Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



oues ⁊ columbas ⁊ nummularios sedentes. Et cũ fecisset quasi flagellum de funiculis: omes eiecit de templo: oues quoq; ⁊ boues ⁊ nummularioꝝ effudit es ⁊ mensas nummularioꝝ subuertit. Et his qui columbas uendebant dixit: Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domũ patris mei domũ negociationis. Recordati sunt uero discipuli eius: quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Respuderunt ergo iudei ⁊ dixerunt. Quod signum ostendis nobis quia hec facis? Respondit ihc: ⁊ dixit eis. Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est templum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autẽ dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quia dicebat hoc: ⁊ crediderunt scripture ⁊ sermoni quẽ dixit ihc. Cum autẽ esset in ierusalem in pascha die festo: multi crediderunt in nomine eius uidentes signa que faciebat. Ipse autẽ ihc non credebat semetipsum eis. eo quod ipse nosset omes: et quia opus ei non erat. ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Feria Terna lectio libri Exodi.

In diebus illis: Locutus est dns ad moysen dicens. Descende denuo quia peccauerunt ppls tuus quẽ eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de uia ~~quam iussi~~ quã ostendisti eis. fecerunt sibi uitulum conflatilem ⁊ adorauerunt. atq; immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq; ait dns ad moysen. Cerno quod ppls iste durę ceruicis sit. Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos ⁊ deleam eos